

taverit antiquitatis penitus esse contemptores, indulgentiam quidem eis petere deliberationem, vel a nobis vel a nostris iudicibus⁶⁷: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno anno, a nostris vero iudicibus novem mensibus: ut neque ex imperiali⁶⁸ largitate aliud tempus eis indulgeatur: sed et si fuerit datum, pro nihilo habeatur. Semel enim et non saepius⁶⁹ eam peti concedimus. — § 14. Sin autem hoc aliquis fecerit, et inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem inventarium⁷⁰ cum omni subtilitate facere) non liceat ei post tempus praestitutum, si non⁷¹ recusaverit hereditatem, sed adire maluerit, nostrae legis uti beneficio: sed in solidum secundum antiqua iura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini trames inventi sint, unus quidem ex anterioribus qui deliberationem dedit, alter autem rudis, et novus a nostro numine repertus, per quem adentes sine damno conservantur: electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere et beneficium ejus sentire: vel si eam aspernamdam existimaverit, et ad deliberationis auxilium convolverit, ejus effectum habere: et si non intra datum tempus recusaverit hereditatem, omnibus in solidum⁷² debitis hereditariis teneatur: et non secundum modum patrimonii, sed etiam si exiguus sit census hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari: et sibi imputet, qui pro novo beneficio vetus elegerit gravamen: et ideo ad ipsam deliberationis dationem, et divinum rescriptum super hac promulgatum, hoc adjici volumus, ut sciant omnes, quod omnimodo post petitam deliberationem, si adierint, vel pro herede gesserint, vel non recusaverint hereditatem, omnibus in solidum⁷³ hereditariis oneribus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inventarium autem minime conscripserit, et vel adierit hereditatem, vel minime eam repudiaverit: non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidia beneficio minime utatur. Quod si post deliberationem recusaverit inventario minime conscripto: tunc res hereditarias creditoribus, vel his qui ad hereditatem vocantur, legibus reddere compellitur: quantitate eorum sacramento⁷⁴ res accipientium manifestanda, cum taxatione tamen a iudice statuenda. — § 15. Notissimum autem est hac constitutione, quae omnes casus continet, nostris constitutionibus jam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum altera etiam Gordiana⁷⁵ constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito, melior exitus inventus sit, et tribus constitutionibus in unum congregatis unus appareat, et in milites et in alios omnes juris probabilis articulus; ea propter ex anterioribus inquietari nostro subjectos imperio non patimur: scilicet ut milites⁷⁶ etsi propter simplicitatem praesentis legis subtilitatem non observarint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate invenerint. Quam patres conscripti, in hujusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. — Dat. 5 kal. decemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXI.

DE REPUDIANDA¹, VEL ABSTINENDA HEREDITATE.

1. Imp. ANTONINUS A. Mutatio.

Si paterna hereditate te abstinuisse² constiterit, et non ut heredem³ in domo, sed ut inquilinum, vel custodem, vel ex alia justa ratione habitasse liquido fuerit probatum: ex persona patris conveniri te procurator meus prohibebit. — P. P. id. Jul. MESSALA et SABINO CONSS. 215.

2. Idem, A. Severo.

Si paterna hereditate [te] abstinuisti: non ideo quod a creditoribus fundos comparasti⁴, (si modo id bona fide fecisti) a posterioribus, qui sub eisdem obligationibus pecuniam patri crediderunt, jure conveniris. — S. P. P. 5 kal. Julii, LæTO 2 et CEREALE CONSS. 216.

3. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Theodosiano.

Suus heres exceptione pacti, qui testamentum injustum adseverans, postea nihil se de paterna successione petiturum non ex causa donationis, sed transigentis animo in jure professus est: cum respuere⁵ quaesi-

67. L. 9. sup. h. t. — 68. Fac. L. ult. sup. si contra jus vel util. publ. — 69. Immo vide L. 5. D. h. t. — 70. N. 1. c. 2. — 71. Confer. L. 19. sup. h. t. L. 69. D. de acquir. vel omitt. hered. — 72. L. 8. D. d. t. i. fac. L. 24. D. de verb. signifi. L. 63. D. de reg. jur. — 73. D. L. 8. d. L. 24. d. L. 62. — 74. Fac. L. 25. § 10. D. de hered. petit. — 75. Pr. sup. h. t. § 8. Inst. de hered. qual. — 76. d. pr. sup. hic: L. 12. sup. de testam. milit. — Tr. XXXI. — 1. Lib. 23. D. 2. adde Lib. 2. sup. tit. 39 et 40. — 2. Adde L. 4. sup. arbit. tut. L. 3. inf. de verac. his qui in fraud. credit. L. 4. inf. de primip. — 3. L. 4. sup. unde legit. L. 1. sup. et prox. L. 20. D. de acquir. vel omitt. hered. § ult. Inst. de hered. qual. — 4. Vide tamen L. 91. D. de acquir. vel omitt. hered. § ult. Inst. de hered. qual. — 5. Lib. 23. D. 2. adde Lib. 2. sup. tit. 39 et 40. — 6. L. 1. sup. de transact. — 7. Vide enim § 5. Inst. de hered. qual. — 8. L. 4. inf. h. t. — 6. L. 1. sup. abstin. L. 1. sup. si ut onissum hered. — 8. L. 15. D. de acquir. vel omitt. hered. — 9. L. 5. sup. h. t. fac. L. 91. in fin. D. de acquir. vel omitt. hered. — 10. L. 29. § 1. D. de donat.

tam nequiret hereditatem, et transactio⁶ nullo dato, vel retento, seu promisso minime procedat, submovi non potest. — Sine die, CC. COSS.

4. Idem, AA. et CC. Modestino iudic.

Sicut major⁷ vigintiquinque annis, antequam adeat, delatam repudians⁸ successionem, post querere non potest: ita quasitam renunciando⁹ nihil agit, sed jus quod habuit, retinet: nec quod confessus¹⁰ in jure pro judicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem¹¹ deberi contentem pertinet. — S. kalend. Januar. Sirmii, AA. COSS.

5. Idem, AA. et CC. Claudiane.

Pupillorum repudiatio delatae hereditatis sine tutore¹² auctore facta, nihil eis nocet. — S. 2 kal. Januar. Sirmii, AA. COSS.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Si quis suus¹³ recusaverit paternam¹⁴ hereditatem, deinde maluerit eam adire: cum fuerat indistincte ei remissum, donec res paternam in eodem statu¹⁵ permanent, hoc facere, et post multum¹⁶ temporis licebat ei ad eandem hereditatem redire: hoc corrigentes, sancimus, siquidem res jam vendite¹⁷ sunt, ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur: quod et antiquitas observabat. Sin autem [res] alienatae non sunt: siquidem major annis constitutus est, et tempora restitutionis nulla ei supersunt, intra trium annorum spatium tantummodo hujusmodi ei detur licentia. Sin autem, vel minor est, vel in utili tempore constitutus, tunc post impletum quadriennium (quod spatium pro utili anno¹⁸ qui restitutioni datur, praestitutum est) aliud triennium ei indulgeri intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem, et suam abdicationem¹⁹ revocare. Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam [hereditatem] ei reservetur: nisi forte [adhuc] eo in minore etate constituto, res venditae sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, et res recuperare, et creditoribus paternis satisfacere. — Dat. 15 kal. novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo, 532.

TIT. XXXII.

QUEMADMODUM TESTAMENTA APERIANTUR¹, INSPICIANTUR, ET DESCRIBANTUR.

1. Imp. ALEXANDER A. Procula.

Ut testamentum quod dicis factum, proferatur, et publice recitetur, competens iudex² jubebit. — P. P. 2 kal. april. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

2. Imp. VALER. et GALLIEN. AA. Alexandro.

Testamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, ut secundum leges, moresque³ locorum insinuentur: ita scilicet, ut testibus non praesentibus adire prius vel pro tribunali, vel per libellum rectorem provinciae procures, ac permittente eo, honestos⁴ viros adesse facias, quibus praesentibus aperiantur, et ab his rursus observentur. — P. P. 12 kal. Januar. MAXIMO 2 et GLABRIONE CONSS. 257.

3. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. CC. Aristoteli.

Ejus, quod ad causam novissimi patris vestri iudicii pertinet, de calumnia⁵ tibi juranti, praeter partem quam aperiri defunctus veluit⁶, vel ad ignominiam⁷ alicujus pertinere dicitur, inspiciendi, describendi, praeter diem⁸, et consulem, rector provinciae facultatem fieri jubebit. — Dat. kal. Maji, CC. CONSS.

4. Imp. GRATIAN. VALENTIN. et THEOD. AAA. ad Hesperium A. A.

Codicillos⁹, seu scripturam quolibet tenore formatam¹⁰, ea oportet observatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. — Dat. 5 kal. August. Mediolani, AUSAONIO et OLYBRIO CONSS. 379.

L. 56. D. de re judic. L. 1. § 7. D. si quid in fraud. patron. — 11. L. 6. pr. et § 1. D. de confes. — 12. L. 1. § 4. D. de successor. edict. adde L. 9. L. 89. D. de acquir. vel omitt. hered. L. 18. § 2 et seq. sup. tit. prot. — 13. Adde L. 8. D. de collation. — 14. Adde L. 6. lib. 1. L. 24. § 2. D. de minorib. — 15. Immo vide L. 8. D. de collation. — 17. d. L. 8. D. de jure delib. d. L. 24. § 2. — 18. L. ult. sup. de temporib. in integr. restit. — 19. Sup. si ut onissum hered. L. 7. § 7. D. de minorib. — Tr. XXXII. — 1. Lib. 23. D. 2. — 2. Fac. L. 1. L. 4. D. h. t. — 3. Confer. L. ult. vers. in illis, sup. de testam. — 4. L. 7. D. h. t. — 5. § 56. D. depositi. — 6. L. 1. sup. de jurejur. propter calum. — 7. L. 8. D. h. t. — 8. L. 21. sup. de testam. § 3. Inst. de pupill. subitit. — 7. Fac. L. 15. sup. ex quib. caus. infam. adde L. 54. D. de legat. 1. — 8. L. 2. § 6. D. h. t. — 9. L. 1. § 2. D. de tab. exhib. — 10. d. L. 1. § 3. § 4. § 5. fac. L. 1. § 1. § 2. D. h. t.

TIT. XXXIII.

DE EDICTO DIVI ADRIANI TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HERES IN POSSESSIONEM MITTATUR.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Lucilio.

Cum inter institutum¹, et substitutum controversia moveatur: eum qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. — P. P. 12 kalend. decemb. DEXTRO et PRISCO CONSS. 197.

2. Imp. ALEXANDER A. Eutacto.

Quamvis² quis se filium defuncti praeteritum esse alleget, aut falsum, vel inofficiosum testamentum, seu alio vitio subjectum, vel servus³ defunctus esse dicatur, tamen scriptus heres in possessionem mitti solet. — P. P. 6 kal. novemb. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

Edicto divi Hadriani⁴ quod sub occasione vicesimae⁵ [partis] hereditatis introductum est, cum multis ambagibus, et difficultatibus, et indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia et vicesima hereditatis ex nostra recessit republica: antiquatis nihilominus et aliis omnibus quae circa repletionem vel interpretationem ejusdem edicti promulgata sunt, sancimus, ut si quis ex asse vel ex parte institutus, competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suae formae parte vitiatum, sed quod [in] prima figura sine omni vituperatione appareat, et dispositionibus testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem eorum rerum quae testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, et eam testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit: tunc in iudicio competenti⁶, causa in possessionem missionis, et subsecuta contradictionis ventilentur: et [ei] possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit, sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit, nullis angustiis temporum hujusmodi missione coarctanda, sed sive tardius, sive premature aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium requiratur, et causa unde vel missio vel contradictio exoritur. Sive enim post annale tempus, sive post majoris aevi curricula aliquis fuerit missus, si tamen ex legitime formato testamento missio procedat, nullum et temporis obstaculum objiciatur: nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem super dominio praestare, vel ipsi qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex una parte, vel ex utroque latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. — Dat. 12 kal. april. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXIV.

SI QUIS ALIQUEM TESTARI¹ PROHIBUERIT, VEL COEGERIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Severo.

Civili disceptationi crimen adjungitur, si testator non sua sponte testamentum² fecit, sed compulsus ab eo, qui heres est institutus, vel a quolibet alio, quos noluerit, scripsit heredes. — S. 15 kal. ALEXANDRO A. et CONS. 225.

2. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Nicagora.

Eos, qui ne³ testamentum ordinaretur, impedimento fuisse monstrantur, velut indignas personas a successionis compendio removeri, celeberrimi juris est. — P. P. kal. Januar. DIOCLETIANO 2 et ARISTOBULO CONSS. 285.

3. Idem, AA. et CC. Euthychidi.

Judicium uxoris postremum in se provocare maritali⁴ sermone, non est criminisum. — Dat. 5 kalend. Januar. CC. CONSS. 295.

Tr. XXXIII. — 1. L. 8. § 4. D. de legat. 2. — 2. L. 6. infr. quor. appell. L. ult. D. de appell. recip. — 3. L. 1. § 6. D. de Carbon. edicto. — 4. d. L. ult. — 5. L. 2. § 44. vers. ex his, D. de orig. jur. — 6. L. 1. sup. ubi de hered. — Tr. XXXIV. — 1. Lib. 23. D. 6. — 2. Adde L. 2. infr. h. t. — 3. L. 1. L. 2. D. eod. L. 25. sup. de inoff. testam. L. 19. D. de his qui ut indignis; N. 115. c. 3. § 9. — 4. L. ult. D. h. t. L. 70. D. de hered. instit. — Tr. XXXV. — 1. Lib. 34. D. 9. — 2. Lib. 29. D. 5. — 3. L. 17. D. h. t. L. 76. § 7. de legat. 2. — 4. L. 18. D. h. t. — 5. Fac. L. 3. infr. de fiscal. usur. — L. 17. § 6. D. de usuris.

TIT. XXXV.

DE HIS QUIBUS, UT INDIGNIS¹, HEREDITATES AUFERUNTUR, ET AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM².

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Celeri.

Heredes, quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus³ integros cogantur reddere. Neque enim bonae fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerum distractarum, vel a debitoribus acceptae pecuniae post motam litem bonorum usuras⁴ inferant. Quod in fructibus quoque locum habere, quos in praediis hereditariis inventos, aut exinde perceptos vendiderint, proculdubio est. Usuras autem semisses⁵ dependere, satis est. — Dat. 15 kal. april. CALPONE et LIBONE CONSS. 205.

2. Idem, AA. Vero.

Polla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem: nec ideo, quod pupillus illi heres extitit, ea quae ab ipsa finita sunt, revocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli nomine falsum⁶ dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum⁷ est, potes experiri: dum memineris, si in causa non obtinueris, et portionem quam ex eo testamento pupillus habet, te⁸ ei salvam facturum, (quam adimi pupillo necesse⁹ erit secundum juris formam,) et de calumnia tua praesidem deliberaturum¹⁰, quamvis pupilli nomine agere videaris, cum retractas ea quae finita sunt per coheredem. — P. P. kal. Maji, ANTONINO A. et GETA 3 CONSS. 209.

3. Imp. ALEXAND. A. Antiochiano.

Si ea quaestio inferitur filiis ejus, quam consobrinam tuam dicis, quod tabula¹¹ testamenti patris eorum, qui a familia interfectus dicebatur, priusquam quaestio de servis haberetur, aperta et recitatae sunt: propter amplissimi ordinis consultum hereditas a fisco vindicatur: et ideo agi causa apud procuratorem meum debet: quia non eo tempore pupilli fuerunt. — P. P. 2 non. april. ALEXANDRO A. CONS. 225.

4. Idem, A. Philomuso.

Hereditas in testamento data per epistolam¹², vel codicillos, adimi [verbis directis] non potuit. Quia tamen testatrix voluntatem suam reveri unum ex heredibus suis declaravit, merito ejus portio non jure ad alium translata, fisco vindicata est. Libertates autem in eadem epistola datae peti poterunt. — P. P. 2 kal. MAXIMO 2 et AELIANO CONSS. 224.

5. Idem, A. Tyranno.

Non oportet ut indignis heredibus successiones auferri praetextu, quod in sepultura¹³ supremis [iudiciis, vel voluntatibus] defunctorum obtemperatum non fuisset. — P. P. id. Mart. JULIANO 2 et CRISPINO CONSS. 223.

6. Idem, A. Venusto et Clementino.

Minoribus¹⁴ viginti quinque annis heredibus non obesse crimen inulta mortis placuit. Cum vos autem etiam accusationem pertulisset, et quosdam ex reis punitos proponatis: licet is, qui mandasse eadem dicitur provocaverit, vereri non deberis, ne quam hereditatis paternae quaestionem a fisco meo patiamini. Convenit enim pietatis vestrae respondere causam appellationis reddenti. Quod si majoris aetatis fuissetis, etiam ex necessitate provocationis certamen implere deberetis, ut possitis adire hereditatem. — P. P. 15 kal. Jul. ALEXANDRO A. 3 et DIONE CONSS.

7. Idem, A. Vitalia.

Si ideo ultio necis testatoris non est desiderata, quia caedis auctores reperiri¹⁵ non potuerint: obesse heredibus, ex quo nulla eorum culpa detegitur, non oportet. — P. P. id. Martii, LUPO et MAXIMO CONSS. 233.

8. Imp. GORDIANUS A. Tatia.

Alia causa est ejus qui falsi instituta accusatione, ad finem usque, quod insinulabat, perduxit, et contrarium¹⁶ sententiam meruit: alia ejus qui inchoatam accusationem non¹⁷ pertulit: cum in illius [quidem] partem succedat fisco, hic autem, qui contrarium iudicis senten-

— 6. L. 2. infr. de his qui accusare. — 7. Vide tamen L. 7. infr. ad leg. Corn. de falsis. — 8. Fac. L. 6. § 1. infr. unde vi: collata L. 2. infr. de his qui accusare. — 9. Immo vide L. 5. § 9. D. h. t. — 10. Obi. L. 22. D. eod. — 11. L. 5. § 18. D. de SC. Silan. — 12. L. 1. infr. de codicillis. — 13. L. 5. sup. de religio. et sumpt. fun. adde L. 115. § 5. D. de legat. 1. L. 7. vers. in testamentis, D. de annuis leg. L. 27. pr. D. de condit. institi. L. 16. D. de usu et usufr. legat. — 14. L. 1. sup. in quib. caus. in integr. restit. — 15. L. 9. infr. h. t. — 16. Confer. L. 47. D. de hered. petit. — 17. L. 8. § 14. D. de inoff. testam.

tiam non sustinuit, ²²² pars non perlat persecutionem. — P. P. 15 kal. februar. GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

9. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Æliane.

Cum fratrem tuum veneno peremptum esse advereres, ut effectus successionis ejus tibi non auferatur, mortem ejus ulcisci te necesse est. Licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis¹⁸ insidiis perimuntur, hi, qui jure vocantur, adire non vetantur, tamen si interitum non fuerint ultri, successionem obtinere non possunt. — P. P. * TYBERIANO et DIONE CONSS. 291.

10. *Idem*, AA. et CC. Sylvanæ.

Sororem fratris necem jure licito vindicantem, evincere¹⁹ ab uxore [recte] scripta successionem non convenit, secundum quæ si fiduciam innocentiae geris, et neque dolo malo²⁰ tuo maritum necatum, neque alias indignam te successione probari [posse] confidis: adversus omnem calumniam maximam habes securitatem. — Dat. 12 kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum Silianum senatusconsultum a nobis, tam laudandum, quam corroborandum est: necnon D. Marci oratio, quæ circa id facta est, invenimus autem nullam in ea mentionem *libertatis* factam, et veteres movit quædam de libertatibus relictis in testamento necati testatoris quæstio: necessarium nobis visum est, et hanc dirimere. Hi enim qui libertate fuerant in hoc testamento donati, si eam accepissent, lucrum quod eis in medio [tempore] accidit, poterant sibi acquirere: interea autem procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minime ad eos pervenit, et postea in libertatem deducti periclitabantur. [Sed] ne medium tempus fieret eis damnosum, et maxime si ancillæ in medio pepererint, et postea hereditas adita sit: bellissimum nobis videtur, divi Marci prudentissimi principis orationem, et in libertatibus producere, ne princeps philosophiæ plenus aliquid videatur imperfectum sancisse: sed ita in hereditatibus, et legatis, et fideicommissis, et maxime in libertatibus quas semper philosophia amplectitur, extendatur ejus ratio, ut lucrum quod in medio accidit, eis post libertatem acceptam restituatur²¹: et partus liber, et ingenuus esse intelligatur: nullaque machinatione hujusmodi prædeditio damnus aliquod irrogare concedatur, [ut] et libera eorum posteritas, si in medio fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem repellere placuit: *nihil etenim actum esse credimus: dum aliquid addendum superest.* — Dat. 11 kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. 531.

12. *Idem*, A. Joanni P. P.

Talis de antiquo jure dubietas nostræ serenitati suggesta est propter senatusconsultum Silianum, et servos qui supplicio afficiuntur, sub eodem tecto commorantes, et non suum auxilium domino per insidias occiso præbentes. Veteres enim certum non faciunt, quis intellectus de verbis, *sub eodem tecto*²², significatur: sive in eodem cubiculo, sive in triclinio, vel portico, vel in aula hæc appellatio accipi debeat: adjicientes, si dominus in via, vel in agro fuerit interfectus, eos servos puniri qui præsto erant, et non auxilium ad prohibendum periculum præbuerunt, nulla distinctione super qualitate presentiae utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes, sancimus, omnes servos²³, ex quocunque loco, sive in domo, sive in via, [sive in agro,] possint clamorem exaudire, vel insidias sentire, et non auxilium tulerunt: supplicio senatusconsulti subjacere. Oportet enim eos ubicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere. — Datum 15 kal. novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo, 532.

TIT. XXXVI.

DE CODICILLIS¹.

1. Imp. ALEXANDER A. Mocimo, et aliis.

Rupto quidem testamento posthumi agnatione², codicillos³ quoque ad

18. L. 1, § 21; L. 5, in fin.; L. 21, pr. D. de SC. Silan. — 19. Arg. L. 2, § 27, D. ad SC. Tertull.; L. 15, pr. D. de SC. Silan. — 20. L. 9, D. de jure fisci — 21. Confer. L. 5, D. de minorib.; L. 26, § 4, D. de fideicommiss. libert. — 22. Fac. L. 1, D. de orig. jur. — 23. L. 1, § 26, § 27, D. de SC. Silan. — 24. d. L. 1, § 25.
Tit. XXXVI. — 1. Lib. 29, D. 7; Lib. 2, Inst. ult. — 2. L. 1, supr. de posthum. hered. instit. — 3. Vide *tamen* L. 14, § 2, in fin. D. de fideicommiss.; L. 29, pr. D. qui testam. facere poss. — 4. *Adde* L. 38, D. de condit. et demonstr. — 5. L. 2, in fin.; L. 10, D. de jure codicill.; § 2, Inst. h. t.; L. 4, supr. ut. prox.; L. 5, § 1, supr. de necess. serv. hered. instit.; L. 77, D. de hered. instit.; L. 17, in fin. D. de condit. instit.; L. 75, D. ad SC. Trebell.; L. 14, supr. de testam.; confer. *tamen* L. 77, D. de hered. instit. — 6. L. 115, L. 118, D. de legat. 1.

testamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed cum post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas⁴ emisisse proponatis, quibus præcedens judicium confirmavit, prætor nihil contra jus fecit, si novissimam ejus voluntatem secutus, relictum testamento reipublica fideicommissum; ut ex codicillis relictum, præstandum esse pronuntiavit. — P. P. 3 kal. Jul. MAXIMO 3 et PATERNO CONSS. 234.

2. Imp. PHILIPPUS A. et PHILIPPUS C. Asclepiodota.

Hereditatem quidem neque dari, neque adimi codicillis⁵ posse manifestum est. Verbis tamen precariis⁶ per hujusmodi etiam novissimi judicii ordinationem jura non faciunt irritas voluntates. Unde inefficaciter te codicillis rogatam esse, *ut quibusdam rebus contenta, portionem, quam testamento fuens consequuta, aliis restitueres*, falso tibi persuasum est. — P. P. id. octobr. PEREGRINO et ÆMILIANO CONSS. 245.

3. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Hyacintho et aliis.

Cum proponatis, pupillorum vestrorum matrem diversis temporibus ac dissonis voluntatibus duos⁷ codicillos ordinasse: in dubium non venit id, quod priori codicillo inscripserat, per eum, in quem postea⁸ secreta voluntatis suæ contulerat, si a prioris tenore discrepat, et contrariam voluntatem continet, revocatum⁹ esse. — P. P. 6 idib. septemb. ipsis 4 et 5 AA. CONSS. 290.

4. *Idem*, AA. et CC. Stratonico.

Non ideo minus, quod intestato¹⁰ te absente codicillos mater tua fecit, hi, quibus precariis verbis adscripta sunt, relicta capiunt. — *Sine die et consule.*

5. *Idem*, AA. et CC. Flavie.

Ne codicillos quidem¹¹ furentem posse facere, certissimi juris est. Si igitur scriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, ut aliquid ex hac peti possit: adseverationi tuæ mentis eum competem fuisse negantis, fidem adesse probari¹² convenit. — Dat. 6 kal. decemb. *Divelli*, CC. CONSS. 295.

6. *Idem*, AA. et CC. Demostheni.

Sive initio, quæ fuerat codicillis relicturus generaliter, sive novissime relicta servari mandaverit¹³, confirmatione munitus, nullam justam gerere sollicitudinem potes. — Dat. 5 idus decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. P.

Si idem codicilli, quod testamenta possent, cur diversum his instrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis, ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituenti¹⁴, ac substituendi potestas juris autoritate data non est. — Dat. 3 Jun. PACATIANO et HILARIANO CONSS. 332.

8. Imp. THEODOSIUS A. Asclepiodoto P. P.

Si quis agere ex testamento quolibet modo, sive scripto, sive sine¹⁵ scriptura confecto, de hereditate voluerit: ad fideicommissi persecutionem aspirare cupiens minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus: ut etiam illud sancimus. Si testator faciens testamentum, in eodem *pro codicillis etiam ut valere* complexus sit: qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens se unius electione alterius sibi aditum præclusisse: ita ut sive bonorum possessionem secundum tabulas, sive secundum nuncupationem, ceterasque similes postulaverit, aut certe mitti se in possessionem ex more petierit, statim inter ipsa hujus juris auspicia propositum suæ intentionis explanet. — § 1. Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decrevit facere testamentum, si id adimplere nequiverit, intestato videatur esse defunctus, nec transducere liceat ad fideicommissi¹⁶ interpretationem, velut ex codicillis ultimam voluntatem: nisi id ille complexus¹⁷ sit, *ut vim etiam codicillorum*¹⁸ scriptura debeat obtinere: illo electionis videlicet jure perdurante, ut qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. — § 2. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus, ac liberis usque ad quartum gradum agnationis vinculis alligatus, vel cognationis nexu constrictus usque ad tertium, scriptus heres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere: licebit ei, si de hereditate ex testamento se-

7. L. 6, § 1, D. de jure codicill.; § ult. Inst. h. t. — 8. L. 19, infr. de fideicommiss.; arg. § 2, Inst. quib. mod. testam. infirm.; L. ult. D. de consuet. primæ. — 9. *Adde* L. 8, in fin. D. de jure codicill. — 10. L. 8, L. 16, D. d. t.; § 1, Inst. h. t.; L. 5, infr. ad SC. Trebell. — 11. L. 2, § 5, D. de jure codicill. — 12. L. 25, supr. de probat. lib. — 13. *Adde* § 1, in fin. Inst. h. t. — 14. L. 2, supr. eod.; L. 15, in fin. D. de jure codicill.; L. 14, supr. de testam. — 15. L. 5, infr. ad SC. Trebell.; L. 4, in fin. D. de re judic. — 16. L. 1, D. de jure codicill.; L. 29, pr. D. qui testam. facere; L. 11, § 1, D. de legat. 3; vide *tamen* L. 75, D. ad SC. Trebell.; *junctio* L. 14, supr. de testam. — 17. d. L. 1; L. 41, § 3, D. de vulg. et pupill. substit.; L. 11, infr. de testam. manum.; vide *tamen* L. 38, D. de fideicommiss. libert.; L. 3, D. de testam. milit. — 18. L. 29, in fin. D. qui testam. facere; L. 41, § 5, D. de vulg. et pupill. substit.

O

de Oblatione Votorum. pag. 783. lib. 12. tit. 48.

de Oblationibus et actionibus. 217. * 4. 10.

de Obsequiis Patrono præstandis. 372. * 6. 6.

de Officio civilium judicum. 103. * 1. 45.

Comitis Orientis. 100. * 1. 35.

rerum privatarum. 99. * 1. 33.

sacrarum largit. 99. * 1. 32.

sacri Palatii. 99. * 1. 34.

sacri Patrimonii. 100. ** 1. 55.

de Officio diversorum judicum. 104. * 1. 48.

ejus, qui vicem alicujus. 106. * 1. 50.

juridici Alexandria. 141. * 1. 57.

Magistri militum. 97. * 1. 29.

Magistri officiorum. 98. * 1. 31.

militarium judicum. 104. * 1. 46.

Præfecti annonæ. 105. * 1. 44.

Augustalis. 100. * 1. 37.

Prætorio Africa. 91. * 1. 37.

Prætorio Orientis. 90. * 1. 26.

Vigilum. 103. * 1. 43.

Urbi. 96. * 1. 28.

de Officio Prætorum. 101. * 1. 59.

Proconsulis. 100. * 1. 35.

Questoris. 98. * 1. 50.

Rectoris Provincia. 101. * 1. 40.

Vicarii. 100. * 1. 38.

de Omni agro deserto. 702. * 1. 58.

de Operis libertorum. 368. * 6. 5.

de Operibus publicis. 528. * 8. 12.

de Ordine cognitionum. 474. * 7. 19.

judiciorum. 188. * 3. 8.

O

- de Oblatione Votorum. pag. 753. lib. 13. tit. 49.
 de Obligationibus et actionibus. 217. * 4. 40.
 de Obsequiis Patrono præstandis. 372. * 6. 6.
 de Officio civilium judicum. 103. * 1. 45.
 — Comitis Orientis. 100. * 1. 39.
 — rerum privatarum. 99. * 1. 33.
 — sacrarum largit. 99. * 1. 32.
 — sacri Palatii. 99. * 1. 34.
 — sacri Patrimonii. 100. * 1. 35.
 de Officio diversorum judicum. 104. * 1. 48.
 — ejus, qui vicem alicujus. 106. * 1. 50.
 — juridici Alexandriae. 111. * 1. 37.
 — Magistri militum. 97. * 1. 29.
 — Magistri officiorum. 98. * 1. 31.
 — militarium judicum. 104. * 1. 46.
 — Praefecti annonæ. 103. * 1. 44.
 — Augustalis. 100. * 1. 37.
 — Praetorio Africae. 91. * 1. 27.
 — Praetorio Orientis. 90. * 1. 26.
 — Vigilum. 105. * 1. 45.
 — Urbi. 96. * 1. 28.
 de Officio Praetorum. 101. * 1. 39.
 — Proconsulis. 100. * 1. 35.
 — Quaestoris. 98. * 1. 30.
 — Rectoris Provinciae. 101. * 4. 40.
 — Vicarii. 100. * 1. 38.
 de Omni agro deserto. 703. * 11. 38.
 de Operis libertorum. 568. * 6. 5.
 de Operibus publicis. 538. * 8. 12.
 de Ordine cognitionum. 479. * 7. 19.
 — judiciorum. 168. * 3. 8.

cundum mortui voluntatem agens fuerit superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium convolare: non enim par eademque ratio videtur, admittere debita¹⁹, et lucra non capere. — § 5. In omni²⁰ autem ultima voluntate, excepto²¹ testamento, quinque²² testes, vel rogati, vel qui fortuito venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi: sive in scriptis, sive sine²³ scriptis voluntas conficiatur: testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem suam accomodatibus. — Dat. 15 kal. Mart. *Constantinop.* Victoris V C. Cons. 424.

TIT. XXXVII.

DE LEGATIS¹.

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. libertis Sextiliae.

Quamvis verbis his², quoad cum Claudio Justo morati essetis, alimenta vobis, et vestiarius legatum sit: tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, ut et post mortem³ Justii [Claudii] eadem vobis præstari⁴ voluerit. — *Sine die et consule.*

2. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Sabiniano.

Quamvis heres institutus hereditatem vendiderit, tamen legata, et fideicommissa ab eo⁵ peti possunt: et quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fidejussoribus ejus petere poterit. — P. P. 10 kal. septemb. *LATERANO et RUFINO* Cons. 198.

3. *Idem*, AA. Victorino.

Qui post testamentum factum prædia, quæ legavit, pignori⁶, vel hypothecæ dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur⁷. Et ideo, [etiam] si in personam actio electa est: recte placuit ab herede prædia liberari. — P. P. 6 kal. Maji, *GENTIANO et BASSO* Cons. 212.

4. Imp. ANTONINUS A. Sulpitio.

Servis testamento dominorum non data libertate⁸, legatum seu fideicommissum⁹ relictum non valet¹⁰: nec convalescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sint. — P. P. 5 kal. Jul. *ANTONINO A. 4 et BALBINO* Cons. 214.

5. *Idem*, A. Donato.

Non est dubium denegari actionem legatorum ei pro portione competentis in his rebus, quas subtraxisse eum de hereditate apparuerit. — P. P. 5 id. septemb. *ANTONINO A. 4 et BALBINO* Cons. 214.

6. *Idem*, A. Juliano.

Si legata relicta primus¹¹ legatarius agnovit, substitutio eorum in persona Pontianæ facta evanuit¹². — P. P. 8 kal. Maji, *Romæ, LÆTO 2 et CEREALE* Cons. 216.

7. *Idem*, A. Fausto.

Si Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per præceptionem, ac mox tibi¹³ legavit, concursu dominium ejus tibi quoque quaritur. — § 1. Error autem nominum¹⁴ in scriptura factus, si modo de mancipiis, vel possessionibus legatis non ambigitur, jus legati dati non minuit. — P. P. 3 id. Jul. *LÆTO 2 et CEREALE* Cons. 216.

8. *Idem*, A. Demetrio.

Ab administratione tutelæ religio sacramenti¹⁵ Marcellum, quem vobis a patre tutorem datum [testamento] proponitis, eripit. Quæ res, quominus legatum consequatur, non impedit¹⁶. Nec enim juste ab ea petitione repellitur: cum etiamsi vellet tutelam administrare, prohibeatur. — P. P. 8 idus Martii, *Romæ, SABINO 2 et ANULINO* Cons. 217.

9. Imp. ALEXAND. A. Antiocho.

Si in fraudem eorum quæ testamento relicta sunt, admissus est accu-

sator, qui testamentum falsum diceret: præses provinciae secundum jurisdictionis formam solvi legata jubebit, interposita cautione¹⁷, si evicta fuerit hereditas, ea restitutum: quamvis alias tunc cautioni locus sit, cum sine controversia legata solvantur. — P. P. 7 id. februar. *MAXIMO 2 et AELIANO* Cons. 224.

10. *Idem*, A. Ingenuæ.

Cum alienam¹⁸ rem quis reliquerit, si quidem sciens: tam ex legato, quam ex fideicommissi ab eo qui legatum, seu fideicommissum meruit, peti potest. Quod si suam¹⁹ esse putavit: non aliter valet relictum, nisi proximæ personæ, vel uxori, vel alii tali personæ datum sit, cui legatus esset, et si scisset rem alienam esse. — P. P. 8 kal. februar. *ARBINO et MAXIMO* Cons. 228.

11. *Idem*, A. Albiniano.

Filia legatorum non habet actionem, si ea, quæ ei [in] testamento reliquit [vividus] pater, postea²⁰ in dotem²¹ dederit. — P. P. 5 non. Mart. *POMPEIANO et PELICNO* Cons. 232.

12. Imp. GORDIAN. A. Mutiano.

Cum responso viri prudentissimi Papiniani²², quod precibus insertum est, præceptionis legatum et omnia parte hereditatis²³ vindicari posse declaretur: intelligis desiderio tuo juxta juris formam esse consultum. Verba vero responsi hæc sunt: Filia mater prædium ita legavit; præcipio, sumito extra partem hereditatis. Cum hereditati matris filia renunciasset, nihilominus eam recte legatum vindicare visum est. — P. P. Constitutio 5 idus Jul. *SABINO 2 et VENUSTO* Cons. 241.

13. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Severæ.

Proprias²⁴ tuas res legari, vel fideicommissi tibi non²⁵ potuisse certum est. — P. P. 15 kal. Maji, *MAXIMO 2 et AQUILINO* Cons. 286.

14. *Idem*, AA. Tatiano.

Monumenta quidem legari²⁶ non posse manifestum est: jus autem mortuorum inferendi legare nemo prohibetur. — P. P. 2 kal. septemb. *MAXIMO 2 et AQUILINO* Cons. 286.

15. *Idem*, AA. Terentio et aliis.

Si universæ facultates²⁷, quas pater vester reliquit, debito fiscali, aut privato assumuntur: nihil ex his, quæ testamento ejus adscripta sunt, valere potest. Quod si deducto debito, in relictis bonis superfluum est, libertates impediri juris ratio non permittit: quin etiam legata necnon fideicommissa, salva lege Falcidia, præstanda sunt. — P. P. 5 kal. octob. ipsis 4 et 5 AA. Cons. 290.

16. *Idem*, AA. et CC. Syllæ.

Creditor si a debitore suo rem²⁸, quam pignoris nomine susceperat, legatam sibi contendit: etiam debito ab heredibus ejus oblato, quominus restituat, defendi potest. — S. 18 kal. februar. *SIRMII, CC.* Cons.

17. *Idem*, AA. et CC. Eutythiano.

Datum legatum adimi²⁹ tam pure, quam sub conditione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis placuit. — Dat. 5 non. Mart. *CC.* Cons. 293.

18. *Idem*, AA. et CC. Justino.

Ex legato nominis actionibus ab his, [qui] successerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest: utilibus³⁰ autem suo nomine experietur. — Dat. 6 id. dec. *CC.* Cons.

19. *Idem*, AA. et CC. Niconi.

Non tantum duorum³¹ mensium, sed et minoris temporis maritus uxoris testamento scriptus succedit: nec legata, vel fideicommissa, seu donationes temporis hujus angustia capi prohibet. — Dat. 5 id. decemb. *Nicomediae, CC.* Cons. 295.

20. *Idem*, AA. Eutythiano.

Uxor patris tui si testata decesserit, res tuas³², tantum usumfruc-

19. L. 7, § 2, supr. de curat. furios. — 20. L. ult. infr. de donat. mort. causa. — 21. L. 28, § 1, supr. de testam. — 22. d. l. ult.; d. l. 28, § 1. — 23. Pr. supr. h. l.
 Tit. XXXVII. — 1. Lib. 30, Lib. 51, Lib. 53, Lib. 54, D.; Lib. 2, Inst. to. — 2. L. 3, infr. de condit. insert. — 3. L. 20, pr. D. de annu. legat.; L. 15, § 1; L. 20, in fin. D. de aliment. vel cib. leg. — 4. *Immo vide* L. 4, infr. de condit. insert.; L. 5, D. de condit. et demonstr. — 5. L. 2, supr. de hered. vel act. venalitat. adde L. 2, supr. de pactis. — 6. § 12, Inst. h. l.; adde L. 11, § 12, D. de legat. 3; L. 6, infr. de fideicommissis. — 7. *Fide tamen arg.* L. 12, supr. de donat. inter. vir. et uxor. — 8. L. 28, infr. de fideicommissis; L. 76, in fin.; L. 89, pr. D. de hered. instit. — 9. L. 15, D. de opt. legat.; L. 20, D. de adim. vel transcr. legat.; L. 30, § 15, D. de fideicommissis libert. — 10. L. 88, § 15, D. de legat. 2. — 11. *Immo obit.* L. 5, § 2, supr. de necess. serv. hered. instit. — 12. L. 16, § 17, L. 19, D. de aliment. vel. b. legat.; L. 7, supr. de testam. milit. — 13. L. 8, § 4, D. de legat. 2. — 14. L. 5, supr. de impub. et aliis subacti. — 15. § 1, Inst. de adempt. legat. — 16. L. 4, L. 7, supr. de testam. — 17. L. 4, supr. qui dare ut. — 18. L. 76, § 6, D. de legat. 2; *immo vide* L. 31, D. de execus. tut.; fac. L. 5, D. de con-

dit. et demonstr. — 17. L. ult. supr.; L. 6, D. de hered. petit.; L. 5, § 6; L. 8, D. si eui quam per legem Falcid. — 18. § 4, Inst. h. l.; § 1, Inst. de sing. reb. per fideicommissum; L. 10, in fin. D. de auro. — 19. L. 67, § 8, D. de legat. 2; adde L. 108, § 4, D. de legat. 1. — 20. L. 84, § 6, D. de legat. 1; d. L. 108, § 4. — 21. L. 29, D. de jure dot.; adde L. 23, D. de legat. 2. — 22. L. 87, D. de legat. 1. — 23. d. L. 87, in fin. D. de l. 17, in fin. D. de l. 17, in fin. D. de legat. 2; L. 4, § 11, D. de doli mali et met. except. — 24. *Fide tamen arg.* L. 98, D. de condit. et demonstr.; L. 29, § 2; L. 82, § 1, D. de legat. 1. — 25. § 10, Inst. h. l. — 26. L. 2, in fin. supr.; L. 12, § 1, D. de relig. et sumpt. funer.; fac. L. 6, § 2, D. de 7, Inst. de rer. divis. — 27. L. 12, in fin. supr.; L. 12, D. de testam. milit.; L. 16, infr. ad leg. Falcid.; L. 1, § 18, D. ad Sc. Trebell. — 28. L. 88, D. de legat. 2. — 29. Tot. tit. D. de adim. vel transcr. legat. tit. Inst. de ademptione legat. — 30. *Confer* L. 5, L. 7, supr. de hered. vel act. vendit.; L. 2, supr. de obligat.; L. ult. supr. quando fiscus; L. 20, D. de pignorb.; adde L. 1, infr. de donationib. — 31. L. 2, supr. de secund. nupt. — 32. *Immo vide* L. 10, supr. h. l.